



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis
Ecclesiae**

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Benedictio esculentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

Nobiscum di centes. *Versus.* Quod e-
nim vivit, vi vit De o: al le-
luja al le lu ja.

**BENEDICTIO ESCU-
LENTORUM;**

Agni paschalis.

- V.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R.* Qui fecit coelum & terram.
- V.* Dominus vobiscum.
- R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi jussisti, in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi præcepisti: ita bene **+** dicere & sanctificare **+** digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam lumere desideramus, per resurrectionem ejusdem Domini

K k 3

nostri

nostri Jesu Christi, qui tecum vivit & regnat in
sæcula sæculorum.

R. Amen. Et mox aspergat aquâ benedictâ.

BENEDICTIO PANIS.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum & terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe panis angelorum, panis
vivus æternæ vitæ, bene **H**dicere dignare panem
istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto,
ut omnes, ex eo gustantes, inde corporis & animæ
percipiant sanitatem. Qui vivis & regnas in sæ-
cula sæculorum.

R. Amen. Et aspergat aquâ benedictâ

BENEDICTIO SEGETUM ET SEMINUM IN
Festo S. Marci Evangelistæ.

Sacerdos exiens cum Clericis (si adsint) & populo, præcedente
cruce, & cereis, superpelliceo ac stolâ ornatus, incipiat Litanias
de omnibus SS. sicut habentur supra in benedictione ignis pag. 218.
quâ finitâ dicat.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

Pater noster &c. **E**t ne nos inducas &c.

V. Ad.